UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Cap. IX. Quàm graviter vexati sint eo tempore, qui fidem Nicaeni Concilii profitebantur: & de Agelio Novatianorum Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A

Κεφ. θʹ.

Ὅτι κακῶς τότε ἔπασχον οἱ τὴν ἐν νικαίᾳ πίστιν πρεσβεύοντες· καὶ περὶ ἀγελίου τοῦ τῶν ναυατιανῶν ἀρχομένου.

Παραπλησίων δὲ κακῶν ἐπειρῶντο οἱ ἐν κωνσταντινουπόλει πρεσβεύοντες τὸ δόγμα τῶν ἐν νικαίᾳ συνελθόντων· σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ οἱ τὰ ναυάτου φρονοῦντες· καὶ πάντας μὲν ἐλαύνεσθαι τῆς πόλεως· ναυατιανῶν δὲ, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀποκλείεσθαι προσέταξεν ὁ βασιλεύς· τῶν δὲ ἄλλων οὐκ εἶχεν ὅτι ἀποκλείσειεν· ἤδη γὰρ πρότερον ἐπὶ τῆς κωνσταντίου βασιλείας ἀφῄρηντο· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀγέλιον τότε εἰς ὑπερορίαν φυγὴν κατεδίκασεν· ὃς ἐκ τῶν κωνσταντίου χρόνων ἡγεῖτο ἐν κωνσταντινουπόλει τῆς ναυατιανῶν ἐκκλησίας· ἐλέγετο δὲ ὅτι μάλιστα θαυμασίως πολιτεύεσθαι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς νόμους· ὁ δὲ βίος ἦν αὐτῷ, τοῦτο δὴ τὸ πρῶτον ἐν φιλοσοφίᾳ, κτήσεως χρημάτων ἐλεύθερος· καὶ ἡ ἀγωγὴ ἐδήλου· ἐνί τε γὰρ χιτωνίσκῳ ἐχρῆτο, καὶ δίχα ὑποδημάτων ἀεὶ ἐβάδιζεν· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον αὐτὸς μετεκλήθη, καὶ τὰς ὑπ᾽ αὐτὸν ἐκκλησίας ἀπέλαβε, καὶ ἀδεῶς ἐκκλησίαζεν· αἴτιος δὲ τούτων μαρκιανός τις ἐπὶ βίῳ καὶ λόγοις θαυμαζόμενος, πάλαι μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστρατεύετο· τότε δὲ πρεσβύτερος ὢν τῆς ναυατιανῶν αἱρέσεως, γραμματικοὺς λόγους ἐξεδίδασκε τὰς βασιλέως θυγατέρας, ἀναστασίαν τε καὶ καρῶσαν· ὧν ἔτι νῦν ἐπώνυμα λουτρὰ κατὰ τὴν κωνσταντινούπολίν ἐστι· διὰ γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν αἰδῶ ἐχάρειν, μόνοις ναυατιανοῖς τὰ εἰρημένα ὑπῆρξε.

Κεφ. ιʹ.

Περὶ οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου, καὶ γρατιανοῦ· καὶ περὶ τοῦ κατὰ οὐάλεντα διωγμοῦ· καὶ ὅτι οἱ τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντες, ὑπὸ τῶν ἀρειανῶν καὶ μακεδονιανῶν ἐλαυνόμενοι, πρὸς τὴν ῥώμην διαπρεσβεύονται.

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ὁμώνυμος τῷ βασιλεῖ οὐαλεντινιανῷ γίνεται παῖς κατὰ τὴν δύσιν· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, καὶ γρατιανὸς ὃν πρὸ τῆς ἀρχῆς εἶχε, καθίσταται βασιλεύς· ἐν τούτῳ δὲ, καίπερ παρὰ τὸ εἰωθὸς χαλάζης ἐμφεροῦς λίθοις ἐν πολλοῖς τόποις καταρραγείσης, καὶ μεγίστων

CAP. IX.

Quàm graviter vexati ſint eo tempore, qui fidem Nicæni Concilii profitebantur: & de Agelio Novatianorum Epiſcopo.

EOdem modo exagitati ſunt etiam ii, qui Conſtantinopoli fidem Nicæni Concilii ſequebantur, & unà cum illis Novatiani. Nam omnes quidem urbe ejici; Novatianorum vero etiam Eccleſias claudi Imperator præcepit. Alii non habebant quod clauderet: quippe
B
jam pridem regnante Conſtantio ademptæ eis fuerant Eccleſiæ. Sed & Agelium eo tempore exilio damnavit: qui jam inde à Conſtantii temporibus, Novatianorum Eccleſiæ præerat Conſtantinopoli, & mirabili quadam ratione juxta leges Eccleſiaſticas vivere dicebatur. Nam quod in Philoſophia præcipuum eſt, à pecuniarum poſſeſſione ſemper alienus vixit. Ejusque vivendi ratio id ſatis declarabat; utebatur enim ſimplici tunica, & absque calceis perpetuo incedebat. Idem tamen haud multo poſt ab exilio revocatus, Eccleſias ſuas recepit, & collectas libere celebravit. Cujus
C
rei cauſam præbuit Marcianus quidam, vir tum ob vitæ integritatem, tum ob doctrinam admirabilis. Qui prius quidem in palatio militaverat: tunc vero Novatianorum ſectæ presbyter factus, Anaſtaſiam & Caroſam Imperatoris filias, artis Grammaticæ præceptis erudiebat; quarum nomine balnea quædam Conſtantinopoli etiamnum appellantur. Ob hujus enim viri auctoritatem & gratiam, ea quæ modo dixi, Novatianis conceſſa ſunt.

D

CAPUT X.

De Valentiniano Juniore & Gratiano: & de perſecutione à Valente excitata: & quomodo Homouſiani ab Arianis & Macedonianis exagitati, Romam legatos miſere.

PEr idem tempus Imperatori Valentiniano in Occidentis partibus natus eſt filius ejusdem nominis. Nec multo poſt Gratianus, quem ante Imperium ſuſceperat, Auguſtus ab ipſo eſt nuncupatus. Eodem tempore, licet grando inuſitatæ magnitudinis inſtar lapidum multis in locis cecidiſſet, & graviſſimi